

SECTIO XIV.

TROCHIS CI.

Trochisci albi Rhafis, seu Sief album.

℞ Cerussae vncias tres.

Sarcocollae vnciam vnā.

Tragacanthae drachmas tres.

Camphorae drachmam vnā.

Aquae rosarum q. s.

ut fiant trochisci s. a.

Trochisci bechici albi.

℞ Sacchari albi triti fefquilibram.

Pulueris diatragacanthi vncias tres.

Rad. iridis Florent. vnciam vnam.

Aquae rosarum q. s.

Fiant trochisci.

Trochisci

Trochisci bechici nigri.

℞ Extracti glycyrrhizae,
 Gummi Arabici ana vncias quatuor,
 Aquae fontanae q. s.
 Coque ad solutionem, et colaturae adde
 Sacchari albi vncias octo.

Fiat euaporatio igne leni, ut formentur tro-
chisci.

Trochisci cardialgici.

℞ Testarum ostreorum,
 Cretae albae ana vncias duas.
 Gummi Arabici semunciam.
 Nucis moschatae semidrachmam.
 Sacchari albi vncias sex.

Aquae fontanae q. s.
Fiant trochisci s. a.

Trochisci diasulphuris.

℞ Flor. sulphuris vnciam vnam.
 benzoini drachmam vnam.
 Sacchari albi vncias tres.

Mucilaginis tragacanthae q. s.
Misce fiant trochisci s. a.

Trochisci de terra Iaponica.

℞ Terrae Iaponicae vncias duas,
 Tragacanthae semunciam.
 Sacchari albi libram vnam.
 Aquae rosarum q. s.
ut conficiantur trochisci.

Trochisci de minio.

℞ Minii semunciam.
 Mercurii sublimati corrosiui vnciam vnam.
 Micae panis opt. vncias quatuor.
Cum aqua rosarum fiant trochisci oblongi.

Trochisci de myrrha.

℞ Myrrhae fescunciam.
 Fol. pulegii,
 Sem. leuistici,
 Castorei Russici,
 Galbani ana vnciam vnam.
 Oll. still. sabinae semidrachmam.
 Elixiris proprietatis q. s.

*Gummi cum elixire redigantur in massam ad
 spissitudinem mellis, additis dein pulueribus et
 oleo fiant trochisci s. a.*

Tabellae

Tabellae rosaceae.

R. Conseruae rosarum rubrarum vncias quatuor.

Sacchari albi triti libram vnam.

Si aliquid humoris requiritur, sumatur syrupi e rosis ficcis q. s. ut formentur tabellae leni calore exsiccandae.

CANONES GENERALES
PRO CONFICIENDIS TROCHISCIS.

I. *Canones tres priores pro parandis pulueribus ad pulueres quoque trochiscorum pertinent.*

II. *Cum massae glutinosae inter conficiendum digitis adhaerent, inungantur manus oleo dulci aut aromatico idoneo, aut aspergantur puluere amyli vel glycyrrhizae.*

III. *Vt probe siccentur, imponantur cribro inuerso, in loco umbroso, libero et perflabili, saepius versandi.*

IV. *Seruentur in vasis vitreis, aut figulinis vitreatis.*



SECTIO